

effert, atque ad pietatem et religionem convertamus, simulque etiam exemplo proximos ad laudandum prædicandumque Deum vocemus atque invitemus, secundum illud Christi, Math. 5. v. 16: *Sicut erat lux vestra coram hominibus, etc.*; dum in genua, dum in faciem procumbimus, dum manus in colum tendimus, aut palmas, quasi vincetas, consociamus; oculos sustollimus, caput degimimus, nudis pedibus ambulamus, hunc cubamus; cœlum indimus, ovinas, caprinas pelles, ut ait Apostolus, atque omnino tanquam sordidatos nos sistimus ante Dei oculos; quid aliud agimus, quam nostram parvitetem, et, ut sic dicam, indignitatem, cum divina maiestatis magnitudine comparamus? eoque et nostram et eorum qui nos fortè intuentur mentera ad despiciendum res nostras; suspicendum verò admirandumque, et expectandum celestes et divinas fletimur?

Quid crucis signum? quo ipsa etiam antiquitas, ut ait Tertullianus, ipse auctor inter nos, sanè cum primis antiquis, quācumque illam conversatio ulla exercebat (utrōq; ejus verbis) terebat frontem; quid, inquam, hoc signum aliud est, quam ingenua crucis præfessio, atque adeò ut de gloriandâ prædicandâ que re, sancta tactantia? Quare illud dum ex animo in omnibus nostris actionibus usurparamus, atque in re per se probrosa, salutis nostra memoriam et imaginem nobis sep̄e proponimus, et veluti hoc Christi trophæo, hostem, ne ea agredimur, impedit, deterremus, Christum ipsum, procul dubio, nostrā tam liberali professione atque fiducia, in ea quam ipsa nostrā causā sustinuit ignominia, ut ea quae agimus auspicatoria faciat, provocamus. Verum abesse volo ab his omnibus fictam simulationem, in quā, sicut nec reliqua virtutes, ita neque pietas inesse potest; est enim illa in ceremoniis omnibus, cultique externo maxima pestis. Debet enim haec, ut proba sint, neque glorie et laudis cupiditate, neque etiam magica superstitione exerceri, sed cum animi pietate conjuncta esse, atque ab ea veluti procreari. Sed neque salutis nostra spem atque fiduciam in istis collocatam habere debemus, quæ Christi meritū planè est attribuenda; sed haec hactenus.

Solent plerique calceamentū significatas esse dicere, pravas corporis cupiditates, sive animalia hominis partem, que non percipit ea que spiritus Dei sunt, ut ait Paulus 1 Cor. 2, 14, semper humi strata, terrenisque affixa rebus. Ex enim perturbationes mentis, quod

Iesus fieri potest, exinde sunt illi, qui divinas res contemplari, meditarique volunt. Ille allegoria etiam à quibusdam est Hebreis prodita. Et fortassis eodem spectat, quid Christus suorum discipulorum pedes lavat, priusquam eos sacrosancti sui corporis et sanguinis participes faciat. Quin illud quoque non inscitum est, ut mili videtur, quod à Cypriano est proditum (si is auctor librorum ac Quirinum inscriptorum), hoc rite significari, unum Christum esse Ecclesie verum sponsum, exteros verò omnes, quantumvis sanctos Deoque probatos viros, amicos modò sponsi. Cum at in Deuteronomio et historiā Ruth scriptum est, qui alteri propinquiori magisque necessario in ducenta sponse jure cedebat, exure calcum legē debuerit.

Quidam inter recentiores Judæorum scriptores celebris fama, et sani acutus et eruditus, Isaac Eramaeus observavit, Mosi dictum esse: *Euge calceamenta tua ē pedibus tuis, numero plurimum*; et Josue: *Calceamentum tuum ē pede tuo*, quia illi duplex cura incumbebat, quarum utramque ab se in Deum rejiceret jubebatur, huic verò unica, Moses enim, quādūcūm imperio apud populum fuit, non solum imperatoris officia, sed etiam patria familiis et nutriti facere debuit, cùm per vastum solitudinem illi aliquo tubo, potu, veste caruissent. At Josue in regione omnibus rebus, quæ ad humanos usus necessarie sint, affluente, nullam nisi bellarum rerum curationem habuit. Alius Judæus in cabalistarum philosophia eruditus et versatus, nomine Bahauas, ad ubiorem rerum divinarum intelligentiam, quā Moses per Josuā informandus ad Deo esset, atque ad altiorum gradum, quō esset proprius in illius familiaritatē admittendus, spectare existimat numeri differentiam. Sed haec argutora sunt quādūcūm firmiora.

Quod porrò sequitur: *Quia loca in quo initii, res sacra, sive, sacer est* (sap̄e enim substantivis pro adjectivis, ut grammatici loquuntur, utitur Hebraea lingua), causam continet exundi calceamenti, atque dilucidis, quid sibi illa ceremonia voluerit, explicat, nempe, ut praesentia maiestatis divina opinio, animum imperatoris magna religione perfunderet atque obligaret, quo is non solum ad ea quæ mox est moniturus Deus, mentem acrius intendere, verum etiam angustissimi illius ostenti memorie se ipse in posterum subdere conseruaret. Quod enim spectet loci sanctitatis, si non ad divini numinis praesentiam? Nam quod

quidam existimant, ad universæ Chananae dignitatem pertinere, vanum nimis est, et ex incon siderante profectum. Etenim locus illi quoque in quo Moses ardenter rubum videbat, similiter atque iste sacer esso diebatur, quavis procul à Chananae abesse. Tum si universæ Chananae sanctitas istis verbis perhibetur, quid restat, nisi ut omnes simul Israelite, unā cum imperatore, caelestis abjiciant, nudisque pedibus ambulent? Est igitur quid ait, hujusmodi: *Meminerit te coram Deo ipso stare, itisque quæ et vides, et porrò audies consilium voluntatissime summi numinis tibi declarari.* Etsi enim Deus ubique est, atque hic mundus omnis, templum domusque ipsius habetur, neque certis claudi locis ejus infinita maiestas potest, tamen non perinde ubique praesentiam suam declarat, sed prout divisa ejus rerum humanarum moderatio postulat. Ad hoc, quedam eum loca singulariter sua cultui consecrata dedicataque vele præ aliis, tam sap̄e ipse est testatus, ut supervacantes sint, si qua proferam argumenta. Et sunt ejus rai exempla in primis insignia, sacra area, et memorable illud Salomonis templum, in quibus ut se singulariter colorem, precaremur, veneremur, voluit. Affert enim ea res religionem ultrem populis, civitatis, cœtibus hominum aliis, quippe qui ejusdem loci preconibus et colendo Deo dicati, atque eorumdem rituum et sacrorum communione arctius inter se consociantur, mutuaque charitate obligantur. Neque enim est, opinor, illos nostrum, qui non sap̄e in se ipse experient, pietatem atque religionem majorem incere animum suum, cum in templo, eaque loca ingreditur, que sanctitatis opinione habent venerationem, praesertim tum, quando in ipsis publicè hominum cotius rebus divinis operam dat. Recte igitur locus illi in quo stabat Josue, sacer à Deo vocabatur, illud et quia ipse suā eum praesentia revera consecratabat, et quia Josue erat utilis ea sanctitatis opinio, ob causas quas jam attulimus. Nam si res omnes consecrantur, ut ait divus Paulus, per verbum Dei, et sacras preces que ad illas adhucientur, quanto magis per Deum ipsum, quando se apud ipsas efficienter praesentem sisisti! Nam ut ex nova

quoque lege exemplum unum afferam, an non singulare sanctitate affectam à Deo fuisse prisca illam putabimus, qua Jerosolymis Bethesda, hoc est, misericordiz aut benignitatis focus vocabatur, in cujus aquas ab angelo commotis atque agitatis qui primus descendisset, is à quovis morbo curabatur? Sanè in elementis naturā tantam infusse efficacitatem nemo sanus dixerit.

Sed conciliadum hunc locum divi Augustini verbis, qui in Epistolis sic scriptum reliquit: *Ubique quidem Deus est, inquit, et nullo continentur aut includunt loco, qui condidit omnia. Oportetque eum à veris adoratoribus spiritu et veritate adorari, ut in occulto exaudiantur, et in occulo etiam justificet et coronet. Verbi timorem ad ista quæ hominibus visibiliter nota sunt, quis potest ejus consilium perscrutari, quare in aliis locis hec miracula fiant, in aliis non fiant? Multis enim notis sima est sanctitas loci, ubi beati Felicis Nolani corpus conditum est. Et quæ sequuntur plura in eam sententiam.*

Postrema hujus capituli clausula: *Fecitque Iosua sic, nobis ante oculos ponit ad imitationem, promptam et alacrem in parando verbis Dei obedientiam. Nam, ut nuper dicebamus, ejusmodi sancti spiritus inflatu informato Iose mens intus erat, ut plenè intelligeret, divinam esse visionem, non prestigias aut fallacias cœademus. Discamus igitur et nos quoque Dei verbis, quibus nobis per sacra Evangelia quotidie loquuntur, credere simpliciter, ut ipsa Ecclesie perpetua consensio ea explicavit. Et si quando humano iudicio nostro illorum sensa non satis probata videntur, ne in animum inducamus calumniose velle pervertere doctrinæ à Patribus ad nos propagatae pulcherrimum consensum concentumque, sed existimemus Deum illa nos intelligere noluisse, sed credere. Itaque credamus, neque illis modis abducantur, ut putemus, sanctissimos illos viros, qui tam longa serie, alii post alios, omnem nostram religionis disciplinam nobis, quasi per manus, tradiderunt, aut delirasse, aut fallaciter verba sacra interpretatos esse, cum idem essent verbi quidem docendi, moribus autem, totiusque vite sue exemplo, recte faciendo vivendique magistris.*

#### CHAPITRE VI.

1. Jéricho autem clausa erat atque munita timore filiorum Israël, et nullus egredi audebat aut ingredi.

4. Cependant Jéricho était fermée et bien munie, dans la crainte où l'on y était des enfants d'Israël, et nul n'osait y entrer ou en sortir.

2. Dixitque Dominus ad Josue : Ecce dedit in manu tua Jericho, et regem ejus, omnesque fortes viros.

3. Circuite urbem, cuncti bellatores, semel per diem. Sic facietis sex diebus.

4. Septimo autem die sacerdotes tolant septem buccinas quarum usus est in jubileo, et praecedant arcam fœderis; septicusque circuibitis civitatem, et sacerdotes clangent buccinas.

5. Cumque insonuerit vox tubæ longior atque concisior, et in auribus vestris increpauerit, clamabat omnis populus vociferatione maximâ, et muri funditus corrunt civitatis, ingredienturque singuli per locum contra quem steterint.

6. Vocavit ergo Josue filium Nun sacerdotes, et dixit ad eos : Tollite arcam fœderis, et septem alii sacerdotes tollant septem jubilarum buccinas, et incendant ante arcam Domini.

7. Ad populum quoque ait : Ite et circuite civitatem armati, praeecedentes arcum Domini.

8. Cumque Josue verba finisset, et septem sacerdotes septem buccinis clangenter ante arcam fœderis Domini,

9. Omnisque praecederet armatus exercitus, reliquum vulgus arcum sequebatur, ac buccinis omnia concrepabant.

10. Praecepserat autem Josue populo dicens : Non clamabitis, nec audierit vox vestra, neque ullus sermo ex ore vestro egredietur, donec veniat dies in quo dicam vobis : Clamat et vociferamini.

11. Circuivit ergo arca Domini civitatem semel per diem, et reversa in castra mansit ibi.

12. Igitur, Josue de nocte consurgentem, tulerunt sacerdotes arcam Domini,

13. Et septem ex eis septem buccinas quarum in jubilo usus est; praecebantque arcam Domini ambulantes atque clangentes; et armatus populus ibat ante

2. Alors le Seigneur dit à Josué : Je vous ai livré entre les mains Jericho et son roi, et tous les vaillants hommes qui y sont. Voici de quelle manière vous devez vous conduire pour venir rendre maîtres :

3. Faites le tour de la ville, tous tant que vous êtes de gens de guerre, une fois par jour. Vous marcherez devant les prêtres, dont les uns sonneront des trompettes et les autres porteront l'arche, qui sera suivie du reste du peuple, et vous ferez la même chose pendant six jours.

4. Mais qu'au septième jour les prêtres prennent les sept trompettes dont on se sert dans l'année du jubilé, et qu'ils marchent devant l'arche de l'alliance, comme ils auront fait les autres jours, avec cette différence que ce jour-là vous ferez sept fois le tour de la ville; et les prêtres sonneront de la trompette avant de faire.

5. Et lorsque les trompettes sonneront d'un son plus long et ensuite plus coupé, et que ce bruit aura frappé vos oreilles, tout le peuple élèvera sa voix tous ensemble jettera un grand cri; et alors les murailles de la ville tomberont jusqu'aux fondements, et chacun entrera par l'endroit qui se trouvera vis-à-vis de lui.

6. En même temps Josué, fils de Nun, appela les prêtres, et leur dit : Prenez l'arche de l'alliance, et que sept autres prêtres prennent les sept trompettes du jubilé, et qu'ils marchent devant l'arche du Seigneur.

7. Il dit aussi au peuple, en s'adressant à ceux qui étaient en état de porter les armes : Allez, et faites le tour de la ville, marchant les armes à la main devant l'arche du Seigneur.

8. Josué ayant fini ces paroles, les sept prêtres commencèrent à sonner des sept trompettes devant l'arche de l'alliance du Seigneur.

9. Toute l'armée marcha devant l'arche ; le reste du peuple la suivit, et le bruit des trompettes retentit de toutes parts.

10. Or, Josué avait donné cet ordre au peuple : Vous ne jetterez aucun cri, on n'entendra aucune voix, et il ne sortira aucune parole de votre bouche, jusqu'à ce que le jour soit venu où je vous dirai : Criez et faites grand bruit.

11. Ainsi l'arche du Seigneur fit le premier jour une fois le tour de la ville, étant précédée des gens de guerre et suivie du reste du peuple, et ensuite elle retourna au camp, et y demeura jusqu'au lendemain.

12. Et le lendemain, Josué s'étant levé avant

eos; vulgus autem reliquum sequebatur arcam et buccinis personabat.

14. Circueruntque civitatem secundo die semel, et reversi sunt in castra. Sic fecerunt sex diebus.

15. Die autem septimo, diluculò consurgentes circuerunt urbem, sicut dispositum erat, septies.

16. Cumque septimo circuitu clangenter buccinis sacerdos, dixit Josue ad omnem Israel : Vociferamini; tradidit enim vobis Dominus civitatem.

17. Sitque civitas haec anathema, et omnia que in ea sunt, Domino : sola Rabah meretrice vivat cum universis qui cum ea in domo sunt, abscondit enim nuntios quos direximus.

18. Vos autem cavete ne de his quae praeccepta sunt quidquam contingatis, et sitis prævaricationis rei, et omnia casta Israel sub peccato sint atque turbentur.

19. Quidquid autem auri et argenti fuerit, et vasorum æneorum ac ferri, Domino consecratur, repositum in thesauris eius.

20. Igitur omni populo vociferante, et clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox sonitusque increpauit, muri illicè corruerunt, et ascendit unusquisque per locum qui contra se erat; et perunque civitatem.

21. Et interfecerunt omnia que erant in ea, à viro usque ad mulicrem, ab infante usque ad senem. Boves quoque et oves et asinos in ore gladii percusserunt.

22. Duobus autem viris qui exploratores missi fuerant dixit Josue : Ingrediendi domum mulieris meretricis, et producere eam et omnia que illius sunt, sicut illi juramento firmasti.

23. Ingressique juvenes eduxerunt Rabah et parentes ejus, fratres quoque et cunctam supellectilem ac cognationem il-

le jour, les prêtres prirent encore l'arche du Seigneur.

15. Et sept d'entre eux prirent les sept trompettes dont on se sert en l'année du jubilé, et ils marchèrent devant l'arche, et sonnèrent de la trompette en allant. Toute l'armée marchait devant eux, et le reste du peuple suivait l'arche et sonnait du cor.

16. Et ayant fait une fois le tour de la ville au second jour, ils revinrent dans le camp. Ils firent la même chose pendant six jours.

17. Mais le septième, s'étant levés de grand matin, ils firent sept fois le tour de la ville, comme il leur avait été ordonné.

18. Et pendant que les prêtres sonnaient de la trompette au septième tour, Josué dit à tout Israël : Jetez un grand cri, car le Seigneur vous a livré Jéricho.

17. Il leur avait dit aussi auparavant : Que cette ville soit anathème, et que tout ce qui s'y trouvera soit consacré au Seigneur ; que la seule Rabah, courisane, ait la vie sauve avec tous ceux qui se trouveront dans sa maison, parce qu'elle a caché ceux que nous avions envoyés pour reconnaître le pays.

19. Mais pour vous, donnez-vous bien de garde de toucher à rien de cette ville, contre l'ordre qu'on vous donne, de peur de vous rendre coupables de prévarication, et d'attirer ainsi le trouble et le péché sur toute l'armée d'Israël.

19. Que tout ce qui se trouvera dans la ville d'or et d'argent, et de vases d'airain et de fer, soit consacré au Seigneur et mis en réserve dans ses trésors.

20. Tout le peuple ayant donc jeté un grand cri, et les trompettes sonnant, la voix et le son n'eurent pas plus tôt frappé les oreilles de la multitude, que les murailles tombèrent, et chacun monta par l'endroit qui était vis-à-vis de lui. Ils prirent ainsi la ville,

21. Et tuèrent tout ce qui s'y rencontra, depuis les hommes jusqu'aux femmes, et depuis les enfants jusqu'aux vieillards. Ils passèrent aussi au fil de l'épée les bœufs, les brebis et les ânes.

22. Alors Josué dit aux deux hommes qui avaient été envoyés pour reconnaître le pays : Entrez dans la maison de la courisane, et faites-la sortir avec tout ce qui est à elle, comme vous le lui avez promis avec serment.

23. Les deux jeunes hommes, étant entrés dans la maison, en firent sortir Rabah, son

Ius, et extra castra Israel manere fecerunt.

**24.** Urbem autem et omnia que erant in ea succederunt, absque auro et argento et yasis æneis ac ferro, que in æram Domini consecrârunt.

**25.** Rahab verò meretricem et domum patris ejus, et omnia que habebat, fecit Josue vivere; et habitaverunt in medio Israel usque in præsentem diem, eò quod absconderit nuntios quos miserat ut explorarent Jericho. In tempore illo imprecatus est Josue dicens :

**26.** Maledictus vir coram Domino qui suscitaverit et adificaverit civitatem Jericho! In primogenito suo fundamenta illius jaciat, et in novissimo liberorum portas ejus.

**27.** Fuit ergo Dominus cum Josue, et nomen ejus vulgatum est in omni terra.

## TRANSLATIO EX HEBRÆO.

**1.** Jericho autem concludebat, et oculus erat, propter præsentiam filiorum Israel. Nemo egreditur, aut intrahat. — **2.** Porro dominus ait ad Josuam : Vide, tradidi in manum tuam ipsam Jericho, et regem eius viros fortes. — **3.** Nam custodiens urbem omnes viri militares, cingendo urbem semel. Sic facietis diebus sensi. — **4.** Et septem sacerdotes ferent septem buccinas, ante arcum; at die septimo circumstans urbem septenis vicibus, inflabunt sacerdotes buccinas. — **5.** Et quando producione sono inflabunt cornu jubili, ubi audieritis vocem buccinæ, ululabit populus ululatu magno, cædetque murus urbis subter se, et populus intrahbit, quisque ex adverso. — **6.** Igitur Josue filius Num inclinavit sacerdotes, et ait ad ipsos : Tollite arcum foderis, et septem sacerdotes ferant septem buccinas jubili, ante arcum Domini. — **7.** Dicit præterea ad populum : Pergite, et circuite urbem, et qui succinctus est procedat ante arcum Domini. — **8.** Factumque est, cum loqueretur Josua ad populum, ut procederent septem sacerdotes, ferentes septem buccinas jubilarum ante Dominum, et inflabent buccinas, arca autem foderis Domini ibat, poné illatos. — **9.** Et qui succinctus erat ibat ante sacerdotes inflantes buccinas. Qui verò agmen cladebat, ibat poné arcum, procedendo inflandoque buccinas. — **10.** Edixerat etiam Josua populo, inquit : Ne uletis, neque facite, ut vox vestra auditur, neque prodeat ex ore vestro verbum, usque ad diem, quo dixerim ad vos : Ululate, et ululabitis. — **11.** Circenit igitur arca Domini urbem, ambiendo vice unâ, et intrarunt in castra, pernoctaveruntque in castris. — **12.** Et surrexit Josua manu, sustuleruntque sacerdotes arcum Domini. — **13.** Et septem sacerdotes gestantes septem buccinas jubilarum ante arcum Domini eundo incedebant, atque buccinas inflabant. Qui verò armatus erat hos prececedebat, et qui cladebat agmen, ibat poné arcum Domini, procedendo inflandoque buccinas. — **14.** Circuiveruntque urbem die secundo semel, et reversi sunt in castra; sic fecerunt sensi diebus. — **15.** Cumque esset dies septimus, surrexerunt oboriente crepusculo, et circuiverunt urbem ad istum modum septenis vicibus; eo dunata die circumseruit urbem vicibus septenis. — **16.** Factumque est septima vice, ut cum sonarent sacerdotes buccinis, diceret Josua ad populum : Ululate, nam dedit Dominus vobis urbem. — **17.** Sit autem urbs anathema, ipsa, et quidquid est in ea, ipsi Domino. Dunataque Rahab meretrice salva sit, ipsa, et quidquid cum ea fuerit in domo, quia occulavit nuntios, quos miseramus. — **18.** Et tantum vos cavete ab anathemate, ne forte anathematizetis, hoc est, acciatis de anathemate, et exponatis castra Israel ana-

père et sa mère, ses frères et ses parents, et tout ce qui était à elle, et les firent demeurer hors du camp d'Israël, en attendant qu'ils fussent purifiés et rendus dignes d'être associés au peuple du Seigneur.

**24.** Après cela ils brûlèrent la ville et tout ce qui se trouva dedans, à la réserve de l'or et de l'argent, des vases d'airain et de fer qu'ils consacrèrent pour le trésor du Seigneur.

**25.** Mais Josué sauva Rahab, courtisane, et la maison de son père, avec tout ce qu'elle avait, et ils demeurèrent au milieu du peuple d'Israël, comme il y sont encore aujourd'hui, parce qu'elle avait caché les deux hommes qu'il avait envoyés pour reconnaître Jéricho. Alors Josué fit cette imprécation :

**26.** Maudit soit devant le Seigneur l'homme qui relèvera et rebâtrira la ville de Jéricho! que son premier-né meure lorsqu'il en jettera les fondements, et qu'il perde le dernier de ses enfants lorsqu'il en mettra les portes.

**27.** Le Seigneur fut donc avec Josué, et son nom devint célèbre dans toute la terre.

thematici atque conturbethis ipsa. — **19.** Atqui omne argentum, et aurum, vasaque ænea et ferrea, sanctitas est ipsi Domino, in thesaurum Domini veniet. — **20.** Ululabat itaque populus, clamore ingenti; et labebantur moenia subter se, intravtique populus in urbem, quisque ex adverso, et ceperunt urbem. — **21.** Et perdiderunt quidquid erat in urbe, à viro ad feminam, à puero ad senem, et usque ad boven, ovemque ac asinum, in ore gladii. — **22.** Dixerat autem Josua duobus illis viris, qui speculatori fuerant terram : ingredimini domum mulieris meretricis, atque educite illinc ipsam mulierem, et quidquid habet, sicut ei juratis. — **23.** Et intrarunt pueri exploratores, eduxerantque ipsam Rahab, et ipsius patrem, et fratres ipsius, ac quidquid habebat; insuper omnes cognationes ipsius eduxerant, atque collocabant eos extra castra Israëlis. — **24.** Porro urbem comburabant igitur, et quidquid erat in ea; tantummodo argentum, et aurum, vasaque ænea, ac ferrea, contulerunt in thesaurum domus Domini. — **25.** Itaque Rahab meretricem, et domum patris ipsius, et quidquid illa habebat, conservavit Josua. Mansaque in Israële, ad huncusque diem, eò quod abscondiunt nuntios, quos miserat Josua exploratorum Jerichonum. — **26.** Detestabatur autem Josua eo tempore, dicens : Exscrancardus vir coram Domino, qui surget, et exadiebat urbem autem Josua eo tempore, dicens : Exscrancardus vir coram Domino, qui surget, et exadiebat urbem ipsum Jerichonum, in primogenitum suum jaciat ipsius fundamentum, et in minimum suum collocet ipsius valvas. — **27.** Dominus porrò erat cum Josua, et fama ipsius erat per universam terram.

## COMMENTARIUM.

**VERS. 1.** — JERICHO AUTEM CONCLUDERAT ET OCCLUSA ERAT, etc. Sic interpretandum esse occulendum verbum hoc loco, ut ego sum interpretatus cum ipso, quibus alter atque alter inflexum est, forme postulant, tum illud quod subjiciuntur : *Nemo egrediebatur, aut ingrediebatur*, declarat. Est enim, ut ego autem, hoc illius ἔργον atque explicatio, ac si dicat, tam acribus vigiliis custodisque septem munitiones quæsiue urbem, ut et cives suos ita includeant, ut nemo omnium emittatur, et hostes si excluderet, ut ne quis se in ipsam insinuare possent. Concluendebat ergo suos cives, præclusa autem erat Israëlis hostibus, Chaldaeus utriusque verbo patiendi notionem attribuisse videtur, atque etiam Græci, quos Latinus, ut libenter solet, est seuens. Nimisrum existimare isti, gemitationem verbi acriores custodias, vigilias, munitionesque significare, quod Chaldaeus etiam dilucide explicavit. Redidit enim totum locum παρεπόστας; his pluribus verbis : *Erat autem Jericho oculus fortius foris, et observata vestitus ahenis, ante filios Israel.* Non erat qui exiret ex ea, neque qui intraret in eam. Non erat qui exiret ex ea ad pugnandum, neque qui intraret ad pacisendum de pace. Sic enim habet manuscriptum exemplar Complutense quod pones me est. Arbitratus est ille scilicet, sua cuique claudendi verbo claustrorum machinas et obices respondisse. Est autem iste versiculos opportunitatem admodum interpositus ei narrationi, quæ de illi viso erat instituta; dilucide enim ostendit, cur novâ istâ confirmatione egrediatur imperatoris animus. Nimisrum recubibus illis Dei promissis : *Omnem*

ctum, non nisi iniquisibus tenelris claudebant portas, ut in speculatorum historiā audivimus. Aut significat circumcessum esse jam oppidum ab hoste, quanquam quæ in Galgalis posita fuere castra, illud obsidione satis artè premebant, ut ante diximus: erant enim in conspectu urbis.

VERS. 2. — PORRÒ DOMINUS AIT AD JOSUAM: VIDE, TRADIDI IN MANUM TUAM, etc. Qui se paulò ante principem exercitus Domini nominabat, nunc *Jehova*, quod divinas essentiae nomen est, vocatur. Nimirū idem unus est Deus, qui et est omnia in omnibus, et omnia in omnibus efficit, verum quia mediatoris personam tenet, hoc est, reconciliandi nos Deo Patri curationem habet, quodam modo administrum se Patri esse proficit, eique sua omnia accepta refert. Atque ad hunc modum divinæ operations non raro in scriptis litteris, per nomen Dei mutationem, occultè teatè distinguuntur varietate personarum. Nam, ut alterum locum huic nostro parvum dissimilem, exempli causa, ostendam, Deus in Exod. 5, v. 19, ad Mosen cùm dixisset primum: *Sic dices filiis Israel, vnde, hoc est, qui es peripetiò existit, misit me ad vos, mox subiicit: Sic dices filiis Israel, γέννησις, Jehova, Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, misit me ad eos.* Prīus illud γέννησις ad divinam essentiam, quā ab omni exterritate in se beatus ille existit, spectat. Cūm verò deinde se Deum patrem Abraham, Iosac̄i, Iacobi nominat, evolvit se illiis suis diuinitatis integrumentis, atque bonitatis et beneficentias sue inexplicabiles illorū thesauris ostendens, quibus gratiu[m] mortales complexus, salutari federe eos sibi consociavit, filii et mediatoris personam induit. Ceterū sī quis cum Iudeis, inō etiam nostris opinari malit, fuisse è cœlum beato chorū angelum quempiam, non Dei Ioseph, qui hic Josue occurrit aspectabilis specie, potest si dicere, aut nomen legitatis esse legato impositum, autoritatis gratiā, quā opus erat sanè maximā, ut absurdissimis specie consiliis jussisse fides adjungeretur, atque obsequium; aut illius exercitus colestis principem, ubi se Josue tanquam presentem propugnatorem exhibuerit animosque addidisset, evanuisse, ac tum è vestigio hæc affata non auribus Josue, sed menti inflatu divino esse illapsa, quo modo ante explicavimus, Deum cum viris piis colloqui sepè solere. Porrò mandativum verbum, vide, excitantis est ut alia se p̄sp̄. Ecce. Et, nisi fallor, argui labescentem jam sensim imperatoris spem atque fiduciam. Videtur enim dare

significationem victoriae, si non prorsus desperare, at certe insperata, atque inopinata. Sie enim solet Deus opem atque auxilium summum plerūque in ipso rerum summo discrimine, de improviso proferre, nempe ut nos adversis extremam desperationem durare doceat. Et similiter, ut divina ejus potentia cum nostrā infelicitate propriis collata appareat luculentior, cōque pietate majore eam nos amplectemur. Mirè enim animus noster perpetuò est ad assumendum eam sibi, quia Deo tribuenda sunt propensus; quod, quia gravissimum est flagitium et idolom cultui simillimum, aut geminum potius, ut ante diximus, nusquam non ab eo avertire non multa modis conatur Spiritus sanctus, à qua sacra historia est dictata. Et hinc est, quod hoc loco non ait Deus: En ego tibi opem feram ex expugnandam Jerichonem, sed: *Ego tradidi eam in manum tuam;* solidam enim victoriā sibi ipse assumit, sic tamen ut communicare eam cum Josuā se velle profiteatur, modò ut ille se ad ipsius nutum ductumtur qui accommodet. Currentur quidem nobis est per prescriptum designatumq[ue] à Christo stadium, ut bravum ab ipsius benigna manu accipiamus. Verum illud bravum amplissimum, atque in quo aeternæ glorie et beatitudinis fructus est positus, non nostrā virtute, sed illius sanguinis comparatum est; neque nostro cursu alter, quām ex gratiā ejus benignitate, quæ divini ipsius promissis fixa fundataque est, debetur. Theologi, quod dico, totum paucis conscientiū verbis, cūm aiunt: Omnen salutē nostrā causam in Deo constare, ut effectore; sed interim a nobis requiri fidem, quae per charitatem ea operetur, que sint illius voluntati consentanea, atque ad eum coelestis gratia accommodata; quo illam ipsius efficientiam suscipere, et quodam modo per liberi nostri electionem arbitrii adjuvare possimus. Neque enim, ut ad Jerichonitiam victoriam redeamus, si Josua facere ea neglexisset, quæ prescribit Deus, quibusque actis ruitura mortali promittit, cūm faciendo etiam facultatem illi accepisset, aut concidissent muri, aut oppido ipse potius fuisse; tametsi illæ ejus actiones, re ipsa nūrū, non impuleré, neque ejus casum efficienter praecessere. Clamat quidem nunc omnes, victorianū omnem à Deo esse. Sed utinam, ut hoc se sapere atque intelligere præ se ferunt verbis, ita et re ipsa quoque ostenderent; profectò non tam funestis bellis concuteretur orbis terrarum, et esset major religio in vulgi animis, cūm à

Dei consiliis dependenter, et quæ ille mandaret, non que sua cuique dictaret libido, ea sequerentur! Sed haec hactenū, Jericho hic, non urbem, sed civitatem significat, eam Jericho et ejus rex viri fortes dicuntur. Verum Latinus videtur secis existimare, quando copulam interponit, quæ tamen nulla est in Hebrewo. Quam opinionem habet etiam R. Isaías, vir sāne eruditus. Ceterū quod Jerichonitium nominatur *viri fortis*, amplificat Dei victoriam, cuius consilio nulla fortitudo, nulla vis potest obsistere, cūm sit inevitabile. Neque vero istorum hominum fortitudo, quæ nunc praeditatur, fidem abrogat verbis Rabah, que abjectissimis omnes totā regione animis esse dixerat, cūm hostis etiam tum extra flumen castra haberet. Erant enim Jerichonitium naturam eujusdam audacie et fortitudinis viri, hominēsque bellicos, at jampridē pavore, quasi panico, percorsi divinitus stupebant. Variis enim certè pugna aliquo Israelitas exigitur, priusquam osiberi se atque includi meatus passi fuissent.

VERS. 3 et 4. — NAM CIRCUITIBUS URBEM, OMNES VIRI MILITARES, CINGENDO URBEM, etc. Ceremonia, quam prescribit Deus istis versibus proximis, tertio, quarto, quinto, hujusmodi est. Jubet ut diebus septem circumambulet urbem Israhelite; senis quidem diebus, vicibus singulis, at die septimo septem circuitonibus, fore promittens, ut tum muri coincident, adiungit in urbem pafetacient. Ad hoc, ut aream circumferant, eamque septem sacerdotes precedant, buccinis continuo canentes, reliqua turba taceat, usque dām ululantū signum detur. Ista est oppugnanda urbis universa à Deo commissaria ratio, minirū talis, ut plāne intelligere omnes debeant, et fateri cogantur, solus Dei virtute atque potentia vinci hostes, quando illæ actiones, si ex se ipsæ judicentur atque astimentur, non autem ex Dei iussu et voluntate, iudiorum ludibri potius censori debent, quām bellatorum stratagemata. Et profectò si verum dispergo animi nostri possint, penè par ratio est in omnibus nostris operis, iis etiam quibus coelestis regni præmium nos consecutus promittit is, qui fallere non potest. Quæ enim, quasso, illa vis est quā violenti rapient illud, si modo nulla Dei iussa cum promissis conjuncta esse fingas? Quo, obscuro, velsumma atque liberalissima nostra studia aut offici, aut beneficiū genere obligare nobis Deum queant, qui ἀπάτη, neque bonorum nostrorum egit, neque nostra ad illum beneficentia pertinere ullo modo potest? Sed ea est Dei erga miseros mortales gratuitū amoris benignitasque immensus, ut etiā plāne nihil nobis sit, quo gratos ullā ex parte nos præstare valēmus, nēdum ejus demerteri nobis benevolentiam, quippe qui nihil habemus à nobis ipsis, nisi vitiositatem et pravitatem, tamen ipse ultrò nobis monstrare gratificandi sibi modos, et insuper iis utendi cū voluntatem, tūm facultatem suppeditare dignetur. Quorum omnium una ratio posita in eo est, ut ipsius divine voluntati obsequamur. Quare stultissimum, ne dicam impium, nūki videat, in ea saera, ceremoniasque, et ritus colendi Dei, quos à majoribus nostris in Ecclesiā sanctissimis, Deoque probatissimis viris traditos habemus, inquirere curiosis, quando nulla causa afferri potest, ob quam Deus ullam nostram operam aliquę pretii deputet, præter solam ipsius elementissimam voluntatem. Laudanda ergo est maximē, nobisque imitanda Josue et populi obedientia, qui tametsi inceptissima absurdissimaque oppugnanda urbis munitissimæ ratio præscribi à Deo videretur, tamen nihil cunctantes, et summā securitate in illius consilio, recumbentes, rei, ut videbatur iudicare, serit et sedulò operam dant, certaque fide promissum eventum non frustra expectant. Copulam, que est in tertii versiculi principio, reddidi per causalem, ut vocant particulam, *Nam.* Sapè enim littera, τ, vau, non tam res ipsas conjungit, quām oratione continuande servit. Debet autem illa ejus iteratio: *Et circuitibus urbem, et corrut murus,* sic resolvit: Simul atque circumveritis urbem, corrut murus. Est enim illius modi hebraismus frequens in series litteris, ut per geminatam copulam alterum ex altero consequi significet; sed hoc semel monuisse sat est. Porrò quod hebreæ est γένεσις, nosque convertimus, *semel*, id Aquilas reddidit μία δύο, unā viā; Symmachus μία περιθώριο, unā circumfitione, quia positio γένεσις apud Hebreos gressum aut incessum significat. Hoc eam adverbium *semel*, cū apud multas nationes simplici vocabulo careat, conjunctis vocibus ab aliis aliter representatur. Hebrei igitur, pro *semel*, dicunt, uno progressu, similiter atque Italorum vulgus, *una volta*. Latinus interpres, nisi corruptus olim est hic locus, quarti versiculi prius membrum, quod cum superioris versiculi sensu implicatum, et cohærente est, disjunctum, sicque est interpretatus, quasi septimo solū die sacerdotum debeat tubis canere. Quod longè secūs

esse, cùm ipsa verba sacra, tūm res acta, clare ostendit. Ceterum buccinæ jubilorum vocantur hebreæ יְמִינֵי תְּבָרֶן, quod est ac si tubas jubilis dicas. Aquilas intrepretatur tubas remissionis. Et R. Abraham, Ezra filius, quoque opinatur בְּשָׁמָן remissionem significare; quia eo anno, qui Jubileus vocatur, remissio debite servitio dari servis solebat. Sed Nehmannus, et post eum Bahaius, existimant, Jobel, aditum sive accessum diei à verbo יְמִינֵי annunquam Jubileum inde esse nominatum, quod à stam cuique hereditatem, quam ante vendidisset, redditus pateret et accessus, ut servis quoque suam libertatem. At doctores hebrei cum aliis in locis, tūm ubi de anni initio disceperint, tradiderunt, apud Arabas, arietem vocari Jobel. Id Judai plerique, nullo suo additivo iudicio, ratum habent. Tanti est apud eos illorum hominum auctoritas scienciarum, atque hinc est, quod et Chaldaeus, et Symmachus reddiderint, buccinas arietinas. Quin mysterium insuper illi in arietina buccinæ esse docent. Hoc enim cornuum genus late et fausto illo anno quinquagesimo usurpari solere sicut, ut et memoriam liberati Isaaci per suppositum arietem referret, et simili spe libertatis ex exemplo admirabrate, quam libertatem olim Israeliticus populus per cornua arietina sit recepturus, animos omnium recreaverat. Hoc enim in eo libro, qui Bereschit rabbæ inscriptus est, benè multis verbis prodita sunt, neque sane abs re, si recte intelligentur, ut recte dicta, de eo ariete, qui coram tendente se nihil mutivit, et qui solit peccata mundi. Sed ut meum ego opinionem non dissimilem, vox Jobel prisa mihi visa est, atque inde a primo musicorum instrumentorum deducta inventore Jubal, sicut etiam Latinorum vocabula jubilo, et jubilum. Ac voices quasque canoras illos quidem et grandes, sed rusticatas, duras et agrestes, quasque ululant significare putto, quales inchoata illa, sed non perfecta, primi artificis instrumento edebant, hoc est, quales sunt tubarum et buccinarum rauci clangores, quanquam non ignorem apud Varonem, jubilum esse rusticam quiritationem. Annun autem remissionis, ideo Jubileum esse vocatum autumno, quod cum, ut festum et solemnem illius modi clangoribus longe latèque diffusis indicere sacra lex jusserit. Nam qui Jobel, aut remissionem, aut aditum sive accessum, interpretantur, nullo id exemplo, nisi a Ilor, faciunt, et quod doctores hebrei ab Arabibus sue lingue vocabulum repertum, in

eo admodum incertâ niti conjecturâ mihi vindicentur. Satis quidem apparet ex scris verbis, buccinas ista cornu fuisse, non argenteas illas tubas, quas Moses, Deo jubente, dudum conflarri fecerat. Sed profectò non fuisse arietina cornua est verosimillimum, cùm haec solida tota sint; buccinam vero eavam esse oporteat, ut inflari possit. Sed hic Marcius inconstantiam in Deum ingredit ore impio, ut qui ante severissimè edixerit, Sabbatis esse quiescendum, nunc verò etiam Sabbatho circuere urbem cum arcis et cornibus imperet. Nam in septem dierum numero Sabbathum est. Verum responderet Tertullianus contra Marc. l. 2, Sabbatho die opera humana prohiberi, non divina; esse autem divina, deus Ihesus fiant.

VERS. 5. — ET QUANDO PRODUCTIONE sono inflabunt cornu jubili, etc. Omnia ferè interuentum sententia est, verbū יְמִינֵי, quod ego converti, productione sono inflare, id, inquam, verbum singularem quandam tube clangorem significare, utpote tardiorē et longius productum: qui solà septimā vice die septimo, unicā tubā editus, signum dederit populo ulanzi, atque ingentes excitandi ἀσταργόν. Similiter atque nunc alias numeris miles ad pagnum cietor, aliis à pugna revocare ad receptum. Propriè enim יְמִינֵי trahere est. Ceterum cùm Hebrew ex libro Numerorum, duplicum clangorem esse statuant, alterumque vocari γέρα, alterum γέρατος: quorum ille sequibilis sit vox, hic situs concususque fragor; ille ad convocandos cœtus, hic ad accedendos militum pugnandi cupidinem animos faciat: denique, quod à cabalistis philosophis est traditum, ille ad misericordiam et clementiam, hic ad rigidam justitiam speclet; videtur Latinus presentem clangorem, quasi tertii, mixtum generis sonum, ex ambobus illis temperatum putare, dum verit. vox tubæ longior atque concisior. Quod video à quibusdam Judeis quoque probatum esse. Sed ego, cum Septuag., autumo, verbum illud, יְמִינֵי, simpliciter usurpari, pro γέρα; neque singulari quoipam cantu signum ulanzi populo datum esse, ut ad versiculum 16 explicabimus. Ceterum, vocabulo γέρατος, quod à verbo γέρει formatum est, subiectur, non solum concitatus fractusque strepitus buccinarum, et aliarum rerum anima carentium fragor, sed etiam populi clamor, presertim quando illi letam animi sui affectionem sublatâ voce tumultuaria testantur, quem clamorem Graeci ἀσταργόν, etiam hoc loco, vocant, Caesar verò nuditatum dicit. Porro

illud: Cadetque murus urbis subter se, sive, loco suo, Chaldeus sic explicavit: Cadetque murus urbis, et absorbebuntur membra ejus. Et hinc plerique Judæi ad eam venimus opinionem, ut statuant, murum Jerichon non esse collapsum, sed desedisse, terrâ deficiente. Hanc autem opinionem omnem esse à Doct. Heb. profectam suspicor. Isti enim, libro יְמִינֵי, hoc est, de Benedictionibus capite nono, sub initium, his utuntur verbis: Quisquis viderit murum urbis Jericho absorptum, debet ille fausti preicatione uti. Atqui non absorptus, sed collapsus esse scribitur. Scribitur id quidem, sed quando latitudine et altitudo ipsius etiam tibi sibi constitueré, confundit, absorptum, non collapsum fuisse. Haec illi. Sed quibus, queso, argumenti aut conjecturæ efficiant, latitudinem altitudinemque muri salvis manuisse sub terrâ? Verum nihil est istis hominibus vanus fulitus. Septuag. pro, subter se, dixerunt ἀσταργόν, hoc est, sùd sponte, nullaque impellente machinâ, aut impetu, cui interpretatione subscribit Aquilas. Sed quod ego reddidi, cum usitati verborum significatio magis congruere mihi visum est. Sed quid Rab hab factum esse dicemus, quam aut gurgus, quod ipsi urbis membris esset immotum atque inadfectum, aut in mortuorum fornice habitare dicebamus? Non enim potest ipsius habitatui simili cum urbis muro esse collapsa, cum post à suis illis hospitibus spectulatoribus illi inde educta esse memoretur. Fortassis haec ratio Josephum movit ut illius dominiculam non in muro, sed propè collocaret. Verum ea res non habet, ut videtur, explicatum tam difficile, ut sacra verba eius causâ ad alienas interpretationes debeat detorqueri. Non enim universa per ambitum membra corruius dicentur, et, ut hoc demus, tamen adest, qui alieni muri harrent, non continuo cum illis corrue est necesse.

VERS. 6. — Igitur JOSUA FILIUS NUN INCLAMAVIT SACERDOTES, ET AN, etc. Josua plane nihil dubitat, aut hesitat, neque Dei oracula, quavis ab urbis expugnatione, ut videbantur, absurdæ atque alienæ, suis rationabilibus per tractat, aut de eis ita interpretatur, ut aliquâ zatione melius ad promissum eventum ipsa accommodare velit, quam pro vi verborum accommodata esse videbantur. Sed quod aperte præ se ferantur, id credendum sibi, atque accuratè exsequendum esse statuit. Ilane ergo viri sanctissimi in adjungendâ fide divinis effectis religionem, nos quoque imitemur, Nilai

nostris rationibus, nostroque iudicio in illis metiamur, sed mente simplici acquiescamus in iis sensis, que nobis sanctorum Patrum auctoritas explicavit, Ecclesia approbat, vetustas roboravit, Dei voluntate, consilio, potentia confidentes, eum quæcumque loquitor facile etiam præstare posse, et omnino esse præstiratum, cùm sit ipsa veritas.

VERS. 7. — DIXIT PRETEREA AD POPULM: PERGITE, ET CIRCUITE, etc. Est in quibusdam libris scriptum: Dixerunt ad populum, quasi imperator unus cum sacerdotibus ad se vocatis verba ista ad populum faciat. Sed Chaldeus et Latinus numerum singularem expresserunt. Quod autem Septuag., non satis certum est. Est enim istorum translatio hoc loco nimis confusa. Non audivimus Deum cùm preciparet aliquid de succinctorum, et claudentis agmen discrete ordine in pompa, quem ordinem modò ab imperatore instituti videmus. Et tanen ista ad verba Dei additamenta, cùm cōspectent, ut illustrior augustinorue divinus hic evadat triumphus, et maiore omnium animos afficiat, adeò non displicuisse Deo, ut etiam velumente grata fuerint, ipse exitus docet. Quod propter non video, cum à multis tam pertulanter rideri debeat omnis in templis Dei ritus atque apparatus, non discréte prescriptus à Deo, siquidem ad excitandam pietatem utilis sit. Incertum est, an populus universus circuire urbem deberit, an vero soli milites. Mili verosimilis esse videtur, dehinc quidem milites omnes ire circum urbem, suo quique ordine. Nam id ut fieri jubet Deus versiculo secundo, at in reliquâ plebe permisso cujusvis voluntati fuisse, ut aut arcum subsequetur, aut in castris maneret. De verbo יְמִינֵי dictum satis est capite primo ad vers. 4.

VERS. 8. — ET FUIT CUM LOQUERETUR JOSUA AD POPULM, etc. Mirifica profectò et sacerdotum et populi obedientia nobis ante oculos hinc ponitur, qui simul atque imperator loqui incipi, se comparant ad parentum; itaque avidi capessunt jussa, ut simul et audiæ ea, et facere videantur, et qualia tandem jussa? certè que absurdissima videri poterant cordato cuique, præserit ignoranti à quo auctore essent profecta, et quorsum spectarent. Nam tum deum videtur Josua illis Dei consilium patescisse, cùm postrema instaret circuitu, ut dicimus ad versiculum 16. Sed recens flori; nis miraculum reddebat homines, ceteroque refractorios, obsequentes. Et simul ipsa præsens rerum necessitas in beli faciendo ini-

tio, tentare omnia suadebat, ne si primam urbem frusta circumcidenter diu, pereundum esset fame atque inopia rerum omnium.

VERS. 9. — *Et qui succinctos erat, ibat ante sacerdotes, etc.* Opinantur quidam, succinctos dici Rubenitae, Gaditis, et tribum dimidiā Manassitarum, quos capite 4 memoriam usi succinctos armis processisse. At ἔποντο, hoc est, eos qui agmen cludebant, arbitrantur fuisse Danitas. Sie enim ista tribus in Numeris appellata est, idque hoc loco expressissima interpretatione Chaldaea. Danites enim postrema, ut loquitur Virgilius, coercabant, et praecedentia signa veluti ante se cogebant, cūm essent postrema acies, atque eis qui necessitate quipiam suos ordines reliquerant, excipiebant. Graeci apollissimo vocabulo οἰραγόντες dixerunt, hoc est, agmen extrellum, et veluti exercitus caudam claudentes. Alii existimant, quod ex quibus tribu armis instructi ornatae essent, eos ante arcam accinisse. Inernes vero, et qui ē vulgo unā circuire volebant, eos arcā esse secutos. Et hanc opinionem habuit, ut videtur, Latini, atque etiam fortassis Septuag. Nam et hi verbum ἔποντο, convertunt tandem, δὲ λαῶς ἔποντο, hoc est, reliquā vulgus. Neque ego eam damnaverim, cūm sit sacrī verbis minimē dissensio. Similius tamen vero mihi videtur, pulcherrimum illum à Deo institutum, atque per solitudinem observatum ordinem, hic denū quadamtempis esse representatum. Itaque succinctos dici modō Iudeos, Issacharitanos et Zabulonitas: ἔποντο vero, hoc est, οἰραγόντες, sive postremam aciem claudentes, Danitas. Sed explicabo paucis ordinem illum universum, qualis fuerit. Igmar per desertum, tribus Iuda cum Issachariana et Zabulonia, acies prima erant, exercitumque totum praeceperant. Deinceps sequebantur Levite, qui Gersoniti et Merariti vocabantur, cum tabernaculi apparatus omni. Secundum agmen constabat ex Rubenitis, Simeonitis et Gaditis, atque hos rursus subsequebantur Levite ali, quos Cahatitas nominabant, cum ipsa arcā. Ponē arcā incedebat Ephraim cum Manasse et Benjamin. Denique ultimum agmen era Danitarum cum Aserianis et Nephthalitis. Quatuor enim omnino signis militariis disperbiebatur universus exercitus, dirigebaturque quorum primum tribu Iudea, ut antisignata, datum, habebat effigiem leonis, pro insigni. Alterum, quod Rubenite in secunda ferebant acie, hominis imaginem cum mandragoris, hoc est,

eo fructūs genere, quod ad matrem attulisse memoratur Ruben in Genesi. Tertiū, quod Ephraimitae gestabant ponē arcā, bovis simulaclrum erat insignitum. Quartum denique, quod postremam dirigebat aciem, gestatum à Daniis, aquile figurā agnoscetur. Hęc ex Hebreorum adiys protuli, ut agnoscas adumbratam divinitatē arcā Christum, quam quatuor Evangelistarum signa per universum orbem terrarum deduxerunt. Sed istarum rerum accusatione tractatio non est hujus loci. Porro illud: *Procedendo inflando buccinas*, id neque ad praecedentes armatos, neque ad postremos pertinet, sed ad solos septem sacerdotes. Est igitur, ac si sic dicatur: Atque inter procedendum canebantur buccinis: etenim sacerdotum modō erat, non aliorum hominum, buccinis canere, qua Dei vocem populo representabant, ut cum Iudeis sentit Theodoreus; et hanc sententiam plane expressit Chaldeus, cūm sic converteret eam verborum complexioinem: Et sacerdotes procedebant inflando buccinas. Sed Latinus, Graecos, opinor, secutus vulgo etiam cornua, ut videtur, permittit. Verum id aperte refellit imperator populo silentium. Sequitur enim:

VERS. 10. — *EDIXIT ETIAM JOSUA POPULO, INQUIS: NE ULULETIS; NEQUE FACITE UT, etc.* Silere modis omnibus jubet populum: solus enim Dei vox audiari debebat. Nam ridiculum est, quod R. Levi F. Gersonis autumat, carri oportuisse, ne oppidanū ululatu populi excitati, in menia subirent, saxisque circumcurrentes hostes peterent. Quasi vero tanta copia circum muros quotidie ire, et quidem cū septem buccinaram clangore perpetuo clam civibus potuerint. Atqui ille à sacerdotibus excitatus clangor, quid sibi voluerit, si recte existimet, non fuerit obscura silentii populi ratio. Igmar cū ille, tanquam presentis, opemque ferentis Dei vocem representaret, consentaneum erat, ut silentio audiretur, neque ei obstreperetur. Quod autem ille clangor eam significacionem dederit, sacris verbis sancta res est. Scriptum est enim in Numeris, 10, v. 9: *Quando venturi estis in bellum, in terrā vestrā, adversus hostes vestros, ubi clangoribus tubis, erit memoria vestrī coram Domino, et liberabitini ab hostiis vestris, etc.* Ergo cum Deus veluti loqueretur, se memorem populi superstitio adesse, frustra profecto locutus ille fuisset, si non ausculasset populus, hoc est, si non audiendis tubarum, quas sacerdotibus inflabant, clangoribus, in memoriam rediisset;

illorum Dei promissorum, eaque amplexatus certa fide fuisset. Nam qui contra loquentem mutuum voces mittit, non potest ille loquentis sensa satis expendere, atque intelligere. *Beatus*, inquit divinus vates Psal. 80, v. 16, *populus qui nosit clangorem: Domine, in laniis vultis tui ambulabunt; in nomine tuo exsultabunt solidos dies, et de tua justitia ses jactabunt.* Nam ornatum fortitudinis ipsorum tu es, et benigno tuo favore eriges cornu nostrum, etc., quasi dicat: Is populus beatus est, qui attente vocem Dei apud sumum animum pertrahat; neque obloquitur, sed in illa toto animo acquisit; ad illius nutum et dictum se applicat, et promissis fidit; sequit sustentat. Igitur imperato silentio, captatur populi attenta religio: ne, dum ululatu se ipse exigit, non possit animum ad sacras illius modi meditationes revocare, vel ne existimet etiam, non solem Deum, arcām et colesti efficacitate muros perumpere, sed se quoque suo strepitu et clamore aliquod ad victoriam conferre momentum. Et sanè, silere, in sacra litteris, modestam animi quietem, que in celestium rerum contemplatione posita est, significare, dum mens videlicet rerum humanarum parvitatē cum divina maiestate apud se comparans, in Dei gratia et bonitate acquisit, certa affterri possunt testimonia, quale est illud Jeremie in nensis Thre, 5, v. 26: *Bonum est silentio expectare eam salutem quam Dominus aferat.* Et illud Davidis Psalm. 4, v. 5: *Dicito in corde vestro, in lecto vestro, et silet.* Et rursus illud Psal. 151, v. 2: *Faciebam ut siletur anima mea.* Sed non eis opus phura adjungere.

VERS. 11. — *CIRCUITUR IGITUR ARCA DOMINI URBEM, EAM CINGENDO VICE UNA, etc.* Verbum διπλο position est, cā inflexione, quam grammatici Hippili nominant, quae solet actionem transferre in alteram personam. Id proper David Kimbi existimat, hanc esse verborum sententiam, quod Josua curaverit a sacerdotibus circumferenti arcā. Sed illi diversarum inflexionum alia atque alia vis à grammaticis observata in verbis, non est usqueque certa. Ego igitur sequendos putavi reliquos interpres, Graecos, Latinum, Chaldaeum. Illud porro: *Et intráre in castra, pernoctáreque in castris, Septuag. et Symmachus, atque istos imitatus Latinus, redditum numeri singularis verbis, intravit, pernoctavit, quasi de area, non de hominibus sit accipiendum.* Sed nihil refert, cū certum sit arcā ab hominibus non esse reliquant. Casterū statunt Hebrei, hanc primam circuitonem factam esse eo dic-

s. VII.

quem nos Dominicū, quia eo Dominus et Servator noster revixit, illi primum Sabbatho appellant, murosque urbis ipso dēmū Sabbatho corrueſe. Néque enim nelas esse Sabbathum violare, quando ejus id jussu fit, cuius voluntate idem dies quieti est dicatus, cū etiam sacerdotes in templo victimas immolent die Sabbatho. Hęc David Kimbi, quae ferē ad verbum ille compilavit ex primo capite libri Mesichtæ, quæ de Sabbatho inscribitur in Talmude Jerosolymitano, plāne consentanea illis quæ Christus noster responderat Pharisæis, cūm ejus discipulos notarent, quod spicas die Sabbatho carpissent, ut plāne iudicari possit, eum in illas Judeorum deuterose, sive traditiones allusisse: quod sanè sep̄ etiam aliis fecit.

VERS. 12, 13 ET 14. — *ET DURREXERUNT SACERDOTES ARCAM, etc.* De imperatoris vigilantiā mirificā diximus supra. Porro secundi diei, et reliquorum diecū, usque ad septimum, apparatus rursus ab integro describitur. Nimis in diuīcē planeque constet, nihil totis sex diebus actum aliud esse, quām int̄ illi, ut videbatur, pompa operam datam, quo urbis overtende ratio videlicet, soli potentia colesti, et occulte Dei efficientiae debeat adscribi, et posteritatis cogitationes ab aliis machinationibus quibusvis avertantur. De illa porro particula: *Procedendo inflando buccinas*, quid esset sentiendum, expōsumus supra.

VERS. 15. — *CUMQUE ESSET DIES SEPTIMUS, SURDUXERUNT, OPOIENTE CREPUSCULO, etc.* R. David Kimhi sicut hunc versiculum interpretatur, ut putet cum dicere, circuitonem illam, quæ septimum die cum primā luce siebat, fuisse septimam; ceterū enī non hanc modō esse factam, sed sepius circummitum esse. Et sunt ista certā ab ipsi re non dissentanea; sed quod ego reddidi, magis consentaneum sacrī verbis mihi visum est. Porro quando præsens ceremonia septenario potissimum numero pergit et celebratur, ut et multe aliae in sacra historia, sunt enim hic septem sacerdotes, septem buccinas, septem dies, et in iis septem circumflexiones, denique in uno die septimo, circumflexiones septem, non fuerit fortassis alienum prorsus ab instituto, si in ejus numeri mysterium paulisper inquiramus. Igmar haec primum quidem apud omnes confessa res est, Deum orbis effectorem hunc numerum in septimo die, quo ipse à condensis rebus se abstulit, veluti consecrass̄e, ut inde factum videri possit, quod nusquam non iste numerus præ-

33

reliquis observetur in rebus plurimi. Sed roget quispiam: Cùm Deus minimè opus haberet se dierum spatio ad creandum hunc mundum, cur non uno die, aut nata uno absolvit? Deinde, cur toties, tamque severè et capitis periculis homines feriari ab omni opere eo die jubet? Ad haec: Majus aliquod mysterium ejus numeri sit oportet, qui apud profanos etiam scriptores magnam et singularem semper habuit venerationem, tanquam reliquias numeris excellentioris, adeò ut eum Cicero non dubitet rerum omnium nodum vocare; et vetustissimus poetarum Linus cœcinaerit, eum esse cœncturatum rerum originem. Sed supervacuum sit, in tantâ copia, plurium scriptorum predicationes septenariae affere. Posset quidem facilè, et, ut ego censeo, non ineptè, ad ista responderi, in Dei arcana non esse inquirendum: cujus eterna voluntas et consilium certissima rerum omnium ratio est. Ad profanos verò philosophos quod attinet, doctrinam divinarum rerum omnem ad eos ex Mosis monumentis esse derivatam, qui septimi diei consecrationem primus celebravit. Id enim cùm ab aliis, tunc egregiè à Théophile, in his libris quos ad Autolycum scriptis, est demonstratum et confutatum. Nos tamen, quid cum bonâ eorum venia fiat, si haec nostra fortassis legent, si tamen legent aliqui, conabimur quadamtempore tanti mysterii sacrum fontem persequi. Quod dum facimus, si probabile aliquid à nobis in medium preferetur, eorum exili lectores nihil ultra à nobis requirere, in re quæ explicatus habet difficultatos, simodò illos habet, atque existimare, et me, qui disseram, et se, qui judicent, homines esse. Igitur hoc est ante omnia statendum: Solum Deum, quâ Deus est, unum esse. Neque unitatis rationem illi rerum omnium que ab illo sunt effecta (est autem ab illo procreatrum quidquid ipse non est), attribui rectè verèque posse: cùm illius solus essentia, una, simplex, immutabilis, atque in omni aeternitate similis, eademque existat, at res ceteras omnes que usquam sunt, sive illæ sub videndi sensu, sive sub solam intelligentiam cadant, quodam modo compositas colligatasque ex partibus esse; itaque ex numero constare, non ex simplici unitate. Igitur cùm haec universitas rerum, atque pulcherrima, et modis omnibus absolutissima fabricatoris Dei machina, quam ab ornato mundum nuncupamus, sex omnino diversi generis discreta paribus, et rursus carundem partium inter se admirabili,

et planè divino consensu nexuque copulata constet; sic ut huc nihil addi, nihilque rursus adimi queat, quo illa perfectior evadat, que ab optimo parente est perfectissimè condita; consequens est, ut ipsa ista mundi integritas, quam habere ille debet, ut esset Dei opus et absoluta perfectio, senarium officia. Sunt autem universitatis partes illæ sex quas dixi: Coelestes spiritus, corporata materie expertes, quos Angelos, ab officio, vocamus. Deinde ipsa rerum corporatarum elementa; inter qua coelestes etiam orbes rectè numerantur. Post haec, ut jam ab ultimis ad id quod medium est omnium veniamus, illud corporum genus censatur, quod Judei ☽ nominant, compositum quidem ex illis qua elementa dicuntur, sed anima omnis, et vita, expars, qualia sunt, qua metallia dicimus, lapides, gemme, alia infinita. Quarto loco numerantur ea que aleute quidem anime vi sunt predicta, sed cùt tamen animatione non sunt informata, à qua possint animalia vocari, quippe cùm sensu motuque careant. In hoc genere sunt arbres, herbe, cætera que varia digni humus altique, nullo se sensu moventia, et à Gracis ψ. à nostris autem quibusdam non omnino male, stirpes appellantur. Deinceps locentur, quæ animantia bruta vocamus. Denique in istarum rerum omnium quasi meditillo existat homo. Est enim homo illarum quas diximus partium omnium veluti nodus et vinculum. Quæ ratio est, cur post illas omnes conderetur. Nam in homine architectus illi rerum Deus, animam quan rationalem vocamus, coelestis originis spiritum, et suæ naturæ, nullà corporata materie informatum, sed simplicitate angelis parent, cum elementorum, metallorum, plantarum, animalium denique naturis ita admirabilis temperamento cùz ῥεποζ, cùm conderetur, colligavit, ut ipsa se rerum universitas in homine, concordi amicitia, et pulcherrimo consensu concentuque amplectetur. Unde merito ab illo ter maximus Mercurio, mundi miraculum, et mundus alter, homo est appellatus. Quæ enim aioqui simplicium rerum cum corporatis, celestium cum terrenis esse potuisse necessitudo, aut communicatio? Atque hanc ergo veluti integratem universi in homine, ut dixi, ab optimo parente simul et artifice Deo consociata representantamque, existimaverim oculè et tecè significatam esse illis verbis, quibus Moses facit uterum Deum, quando hominem creare parat, Gen. 4. v. 16: Faciamus hominem ad imaginem

nostram. Nimisram sic Timaeus quoque Locrensis apud Platонem, hunc majorum, quæm cernimus, mundum, Dei aeterni esse simulacrum ait, nempe quia in illâ simplicissimâ unitate, quæ Deus est, modo non solus admirabilis, sed etiam nullus mentis acie comprehensibili, ipsa rerum universitas ab aeterno fuit, atque ex illâ idè, ut vocant, ράτα πέρα, et particulat proluxit, effectaque est. Quare cùm in hominis naturâ, ut diximus, ενεργείᾳ, universe nature integras contemporata existat, merito ad Dei imaginem ipse conditus dicitur. Quæ tamen imago rursus, ubi per peccatum illæ à Dei voluntate discessit, vitia est: quod illa ενεργείᾳ et summus rerum omnium in hominis naturâ conceputus, per peccatum perturbatus labefactatusque sit. Atque hinc fortassis illud est, quod dixus Paulus, ipsam rerum conditum naturam, hoc est, τὴν κύριον, ait nà cum homine subjectam esse vanitati; ac proinde sollicite et cum genui expectare; ut quando per hominis naturam, in quâ ipsa quodammodo universa erat, illud passa est, rursus sumi cum homine liberata à servitate corripionis, vindicteturque in libertatem glorie filiorum Dei, ad quam aditus nobis per Christum est potestactus.

Qui cùm esset ab omni aeternitate splendor glorie, et expressa imago substantiæ Dei, et, ut si dicam, primogenitus omnis creatura, voluit, modo admirabilis maxime, cum homine consociari, qui ad Dei imaginem factus, universus in se rerum naturam complexus tenet; quo hanc simul cum illo quodam modo perturbatum atque violata, ipse, cùm esset imago Dei aeterna, et rerum omnium naturæ elector, repararet, ut ad pristinum statum atque concentum per nostram resurrectionem rediret; cùm foret placidissima illa harmonia, quæ sese in homine ante peccatum complectebatur, non solùm instaurata deponit, sed infinitis partibus melior atque excellenter effecta. Elenca post resurrectionem, futurus est homo longè perfectior Dei imago, quam tune erat, cùm nondum peccasset. Itaque universa rerum natura cum illo quadrupliciter beatam consequetur immortalitatem. Cùm igitur, ut propriis ad rem accedamus, illa unitas simplicissima, Deus, in aeternitatibus suis immissitate latens, tandem aliquando, pro sua summa probitate et gratia, sex illas dualitates, ut sic dicam, rerum præcesset, quæ partibus omnibus absolutissimum istam mundi machinam constituerent, necessarium erat, ut ea, quæ

sic effecta fuerant, quâ subsisterent, ac non eodem momento temporis in nihil redirent, ad suam ipsum originem referrentur, ut à quâ continuò essent sustentanda. Itaque dum hunc dualitatem, hoc est, rerum procreatrum senarium numeramus, ut ab ipsa prima et simplicissimâ unitate Deo, tanquam origine et fonte prolificissimâ, sic rursus septimo loco ad eam ipsum revertimur, atque in eâ desinimus. Nam ut ab eis sinu, quâ prima est, res omnes ortum habent, ita in ejusdem sinu, quâ septima est, ut conserventur, et veluti conquiescant, est necesse. Hoc igitur ipsum est septime unitatis mysterium, ut ego certè censeo: Sabbathum videlicet, et quies, quâ Deus à condensis quidem rebus abstinet, et velut in sum illum aeternitatem, ut sic diem, abyssum reddit, quasi ad quietem; sed ita, ut res jam tunc à se conditas, nexus necessario sibi devinctas, atque ab ipsis efficacitate continuò dependentes, secundum ad quietem illam suam quodam modo abducet, neque à se dimitteret, quippe quæ divina ejus virtutis sine foveri continuò, sustentantique deberent. Id propter, efficaciter hanc quietem ipse Dei Filius, operam vocat, cùm ait Joan. 3. v. 17: Pater meus adhuc operatur, et ego operor. Hanc ergo quietem, quâ rerum universitas semel condita, à conditoris efficientia continuò dependet, ne evanescat prorsus, qui non toto animo amplectitur, observat, colit, is ipsam divinam providentiam respicat. Atque hoc est quod hebreici philosophi cabalisticæ tradunt, cum qui Sabbathum non colit, neque de conditi orbis ratione, neque de futura vita recte sentire, hoc est, funditus naturam ipsam, divinamque vim, et providentiam tollere, ut merito talen Deus morte damnariet apud Mosen. Ex his ergo perspicuum utrumque esse puto, cur septenarius rerum omnium nodus sit à veteribus appellatus. Nisi enim eo nodo cuncta constricta relinerentur, in nihil protinus abiarent. Igitur ut conclussemus rem omnem paucis, nihil aliud videtur velle Deus, dum septenarium nobis ubique ante oculos statuit, quâm perpetuo menti nostra obversari debere suam ipsius honestatem et gratiam, quâ, ut res omnes procreant sunt, ita ut substantiat, foventur, inque illam omnia nostra consilia, molitiones, operas, et in summâ, animi corporisque actiones esse referendas. Sed tempus est ut ad Jerichonem revertantur. Nimiris enim jam longè aberravimus.

VERS. 46. — FACTUMQUE EST SEPTIMA VICE UT CUM SONANTIBUS SACERDOTIBUS, etc. Hujus versiqui

sic explicanda sententia est: Cùm septimo die circuitio septima adornaretur, que omnium postrem erat futura, jamque sacerdotes buccinas inflare pararent, tunc imperatorem mandasse populo, ut simul atque audirent buccinarum clangore, sublati simul omnes vocibus ulularent, victoriam enim in manu esse. Hunc enim sensum patefacit nobis versiculos 20. Non igitur singulari aliquo cantu litui, aut cornu cuiuspiam datum populo signum est prouropundi in ultatum, sed jussit imperator, ut cùm primum audirent in postrem ista circuictione consuetum clangore, quem sacerdotes inflando buccinas excitabant, omnes pleno gutture, quantum possent, camerent victoriam, quam adhuc silentio expectabant. Ceterum ex illo verborum ambitu: *Nam dedit Dominus vobis urbem, atque iiii mandatis*, que nunc primis versiculis exponuntur, bona conjectura capi posse videtur imperatorem adhuc spe quidem, sed in certa, circumduxisse populum circum urbem; neque ea quae ipse à principe illo exercitus Dei certissima accepserat, nisi nunc demini, pervulgasse. Quò ampliore predicatione digna est omnium, ut dixi, obedientia, qui tam alacres illi morigerant sunt, cum vana potius sonnia sua, quām quæ ad capiendam urbem utilia essent, videbatur imperare. Sed de his sat multi supra.

**VERS. 17.** — **SIT AUTEM URBS ANATHEMA,** ipsa, et quidquid est in ea, etc. Vox **Ωντι**, hoc loco significat rem Deo devotam, et propinde à nullo homine utendam; alibi verò ipsam rerum perniciem, aut res execrabilis detestabilesque et pernicie dignas, ut proximo versu. Sed eadem una est istarum diversarum notiomum ratio, quod Deus dicata sunt, ea in nullius hominis bonis esse possunt; planè ergo idem est **herem**, apud Hebreos, quod ἀνάθηκα apud Graecos. Plura de isto verbo diximus capite 10. Doctores Heb. tractatione Sabbati, scriptum reliquerunt, opinari quodam, Josuam, suppte sensu hanc duram sententiam adversus Jerichonitios pronuntiassè, vel quia statueret, Sabbatho, hoc est, sacro die captam urbem, Deo esse consecrandam, et veluti immolandam; vel quia existimaret, pari eam casu esse debere, cum iis urbibus, de quibus lata lex à Mose est Deuteronomi capite 13, vel denique quid putaret, legem de primis sancitam in Numeris, etiam in capienda urbibus, observandam esse. Hec ferè à Kimhi quoque hoc loco proferuntur. Isque existimat, credibilis esse, nihil Josuam Dei injussu hac in re fecisse. Quod mihi etiam probatur, cum

capite proximo Deus, hanc de urbis et civium anathemate legem, sibi aperié sumat, sumique eam fedus vocet. Fuit quidem dudum ante instituta à Mose lex, et sancta, in capitib[us] Chananæorum urbibus, nulli prorsus esse parcedum: atvero de ipsa etiam urbe perdenda atque delenda, quod mandat Iosua, id singulare est, neque ad alias Chananæorum urbes exemplum pertinet. Sed enim erodeliora ista videntur, quām pro diuinā lenitate. Atqui ejus benignitate plenus est orbis terrarum, is idem amat justitiam et iudicium, ut canit sacer vates. Sola enim, et perpetua misericordia, disciplinam labefactaret, et ignavam pareret securitatem. Solius autem justitiae rigor et severitas desperatione omnium animos afficeret. Jam supra quadringentos annos frustra distulerat Deus haec Chananæorum supplicia, melioris vite expectatione; cum illi interea majore in dies contumacia adversus illus patientissimam lenitatem decertare pergerent. Est enim illud pervulgatum, quod ab Abraham dicebat, Gen. 15, v. 16: *Quia adhuc non est perfecta iniqualis Amorrhæorum*. Sed erit de his disputandum sep̄tus. Neque verò ipsos Israelitas merito quis insimulaverit immanitatem: quippe qui in istis cædibus atque incendiis patrandis Dei iussa exsequuntur, et, ut habet vulgare Heb. proverbium, molitam farinam molunt; cesos leones occidunt; ardentibus urbibus fiammam subiungunt, hoc est, iudicant, atque addicent exitio nationem, perditum ipsi, ut divinae justitiae administristi, eunt. Ipsa igitur ursi Deo devotetur consecratur, quia, ut conspurcatum detestabilis cultu, et omnium flagitiorum genere domicilium, funditus extirrit; et ut invisa illi, dum superstes menabat, victimam adolevit. Cives verò itidem veluti maculantur Deo, ob sua ipsorum sclera, quibus jam omnem impietatis modum excesserant, longèque majoribus suis ipsi nequiores, progeniem daturi erant vitiosiorum. Denique etiam supellex omnis unā aboletur; ne in hoc bellū initio, omnium rerum egestate avidus miles, immodiū factis manubis, ut erat civitas opulentissima, se nimis oneret, atque ad olium deinde, luxumque, quām ad bellum præclivior flat.

Sed Levi Gersonis ait: Ne quibus olim Israelite potientur opibus in Chananæ, earum causam bujus prime urbis manubis attribuere possint, tanquam iis occulta quedam felicitatis vis fuerit, eoque benē existimant de Jerichonitiorum religione, atque communī viā.

Sed ista mihi causa subtilius quæsita, quām firmior esse videtur. Potest autem etiam illud dici: Ideo Deus universam sibi prædam addere, ut eō evidenter sit, ac propriis omnibus, ipso damno amissæ præda admotis, intelligent, illius solius potentiā, victoriam istam esse partam, nihilque suis viribus, saeque laudi assumptum arbitrentur. Addunt quidam etiam illud, detestabiliorē videri corum religionem, quorum res omnes, unā cum ipsis, perditum ire jubet Deus. Sed quid facias vasis argenteis, aureis, zeneis, ferreis, que ad eo non detestatur ille, ut in ea thesaurum inferri jubeat? Et que causasit, cur non similiter aliarum civitatum opes perdantur, quarum superstitiones nihil Jerichonitiorum ritibus meliores fuisse, est credibile? Hoc sane vero non dissimile videi potest, hæc tantā severitate primæ animadversioris terrorē incutere voluisse Deum reliquis hostibus, cùm superset hellum difficultum. Et simul vel metu impendens exitiu eos à vitâ turpissimâ flagitosissimâ ad poenitentiam, et veri Dei cultum revocare. Neque enim etiam tum seram aut inutiliem futuram poenitentiam, quamvis completa eset omnium iniqtuitas, ut habeat Scriptura, Satis magno argumento sunt exempla Rahabe, et Gabaonitum; sed de hoc suns erit disputandi locus.

Sequitur in textu: *Duntaxat Rahab meretrix salva sit*, etc. Verbum **τίταν**, ali, vivere, ego salvam esse, interpretor habentes, quod illam verborum complexiōnem: *Et quidquid cum eā est in domo*, non de solis hominibus, sed etiam de supellecī conservanda accipiendam esse videantur efficeri ea quæ versiculo 25 dicentur. Sed enim observandum est, Josuam non iusjurandum illud, quod Rahab obstrictos tenebat exploratores, sed beneficiantiam, quā ipsa adversus populum Dei usa fuit, causam ejus salutis afferre, nimurūm quam etiam divi Apostoli Paulus et Jacobus. Fides enim illam ea servabat, quā justus vivit, ut ait divus Augustinus, hoc est, ea quæ per charitatem fructuosa est. Sed hoc sicut tractavimus capite 2, ad versiculum 11. Ceterum est ista Rahabe et simul assūtum atque cognitorum ejus omnium conservatio, exemplum maximè insigne mirifice benignitatis et clementie Dei erga humanum genus, qui unius piz multierculi gratia tam multis aliis parcit. Sic Paulus quoque donavit 276 vectores. Et peperisset Dominus populissimæ Sodomorum civitati, si decem in eā justos inveniens homines. Sed est hujusmodi exemplis plena historia sacra.

Nam quòd sep̄tē etiam boni cum malis involvi calamitatibus videntur, sic existimandum est, cum divo Cypriano, ex illius modi commentibus cladiis, minimè confici, conditionis communitatē probis esse cum improbis. Nam dūm justi eo mortis genere vocantur ad refrigerationem, ut ait ille, injusti edem abiūtiunt ad supplicium. Sed hoc argumentum sequi se offret. Neque propriè ad hunc locum pertinet.

**VERS. 18.** — **ET TANTUM VOS CAVETE AB ANATHEMATE,** ne forte, etc. In hoc versiculo vocabulum **anathema**, non unam significationem habet. Primum enim, ut nuper, significat res Deo devotas; mox in illis verbis: *Et exponatis castra Israel anathemati*, ipsam perniciem quæ dira votū consequi solet. Verbum autem **ἀναθέματα**, anathemazit̄, ut sic dicam, ex eadem formatum positione, hic significat, capere rem Deo dicatam, et sibi sumere, ut ea quæ subjicitur particula explicat. At versus 20, significat rem devotam abolere. Septuag. Interpretes autem, qui pro ea reddiderunt **ἀποστρέψει**, videntur paragrammatismo decepti, pro **ἀναθέματα** legisse **ταπεττα**, trapezia litteris, et daleth pro resh positio. Nam **ἀποστρέψει**, pro **ἀποστρέψεις**, hoc est, **concupiscentes**, dixerunt, opinor. Sic enim converterunt verbum ταπεττα capite proximo. Porrò in verbo **achar**, quod conturbare, reddidimus, est, **κατὰ περιποιήσας**, veluti præludium ejus rei, quæ proximo capite narrabitur. Achar, enim ei viro nomen erit, qui hanc legem violabit, quamvis idem etiam Achān vocetur.

**VERS. 19.** — **ATQUI OMNE ARGENTUM, ET AURUM, VASQUE AENA ET FERREA,** etc. Pro **rara aena**, dixerunt Septuag. omne as; nimurūm illi **τόνος**, legerunt absque iod, **τόνος**. Pro illo in thesauri **Domini veniet**, reddidit Chaldeus: *In thesauri domis sacrari Domini inferuntur*, Etenim thesaurus, Domini servabatur in tabernaculo sacrari: quod domus sacrari usque eō vocatum est, dum ades Deo à Salomone est exedificata. In Numeris 3 scriptum est, aurum quod tribuni, et centuriones, de manubis victorie memorabilis à Madianitis reportatae, offerebant Deo, Mosen et Aaronem similiter tabernaculū illud intulisse, ut esset monumentum Israelitis in conspectu Domini, quod eorum animos revocare scilicet sep̄tē in memoriam præclarissime victoriae, quā cæsis tot hostium milibus, neminem suorum desideraverant. Quis ergo dubitet, quin hic quoque eadem fuerit aservandi ista metallū, codem